AÑO XLI. *Lunes 1.° de Agosto de 1898.* NÚM. 16

# BOLETÍN ECLESIÁSTICO
DEL
# Obispado de Astorga.

SUMARIO.—Santa Pastoral Visita.—Resolución de la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares.—Idem de la Santa Inquisición.—Comisión de Capellanías y fundaciones piadosas de Astorga.—Addenda et varianda in Rubricis generalibus Breviarii Romani (continuación.)—Relación de las calificaciones obtenidas por los Colegios de Puebla de Sanabria y Nuestra Señora de las Ermitas.—Asilo de Ancianos Desamparados de Astorga.—Anuncios.

## SANTA PASTORAL VISITA

Nuestro Iltmo. Prelado, dió principio en 28 de Junio último á la del Arciprestazgo de Trives, visitando la Iglesia de San Miguel de Navea, en donde predicó tres veces y confirmó á 114. Día 29.—Visitó á San Juan de Barrio, predicó 4 veces y confirmó á 265.—Día 30.—Visitó Junquera, Peñafolenche y dos capillas.—Día 1.° de Julio.— Hizo la visita en la Puebla de Trives en donde predicó siete veces y confirmó 470.—Día 2.—Hizo la visita de las capillas y un oratorio.—Día 3.—Visitó Piñeiro, Santa María de Trives y Villanueva predicando

tres veces. Día 4.—Visitó la parroquia de San Mamed y confirmó 220. Día 5.—Visitó Castro y Cotarones y S. Lorenzo y predicó tres veces. Día 6.—Hizo la visita de Coba y su santuario, Pareisas y su capilla, predicó 4 veces y confirmó 102. Día 7.—Visitó Castrocaldelas, un santuario y tres capillas, predicando siete veces y confirmó 244. Día 8.—Hizo la visita de Camba, Burgo de Caldelas y tres capillas, predicó 4 veces y confirmó 228. Día 9.—Visitó Drados y Paradaseca predicando en los dos pueblos. Día 10.—Parafita, Casteligo y un santuario, predicó 4 veces y confirmó 113. Día 11.—Forcadas, Chandreja y 4 capillas, predicó 4 veces y confirmó 89. Día 12.—Visitó Requejo, Penapetada, La Encomienda y Somoza, predicando seis veces. Día 13.—Tuvo lugar la conferencia del Arciprestazgo en la Puebla de Trives: visitó Mendoya y Sobrado, predicó 8 veces y confirmó 360, Día 14.—Visitó 3 capillas. Día 15.—Manzaneda y sus dos capillas. Día 16.—San Martín de Manzaneda y tres capillas, predicó 4 veces; confirmó 187. Día 17.—S. Miguel de Vidueira y seis capillas; predicó 6 veces; confirmó 249. Día 18.—Hizo la visita de Cesuris y seis capillas, predicó cuatro veces y confirmó 154. Día 19.—Visitó la parroquia de Soutipedre.

Actualmente continúa S. S. Iltma. la Santa Visita del Arciprestazgo de Robleda que piensa terminar, Dios mediente, en la primera quincena de Agosto. Rogamos encarecidamente á nuestros respetables lectores que pidan á Dios nuestro Señor, conserve la salud de nuestro celosísimo Prelado.

## *Resolución de la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares sobre la prescripción de los delitos en orden á las causas criminales de los clérigos.*

*Illustrissime et Rme. Domine uti Frater.*

Litteræ Amplitudinis Tuæ die 16 Junii 1894 datæ ad obtinendam authenticam solutionem nonnullorum dubiorum circa præscriptionem delictorum carnis in causis criminalibus Clericorum, remissæ fuerunt ad hanc Sacram Congregationem Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositam, ad hoc, ut ea, qua ipsa pollet, competentia in re criminali Clericorum, quid in proposita quæstione sentiendum decerneret. Omnibus sedulo perpensis, Emi. Patres in Comitiis habitis die 4 Martii 1898 hæc retinenda censuerunt: traslatitii scilicet juris esse, in causis criminalibus ecclesiásticis locum habere præscriptionem, et quidem nedum quando judex procedit ad instantiam privati accusatoris, sed et quando ad vindictam publicam seu ex officio inquirit; hujus vero præscriptionis eum proprium effectum esse *ut solam perimat actionem pœnalem*, siquidem per accusatum seu inquisitum, aut per ejus procuratorem expresse de præscriptione in judicio oppositum fuerit.

Exinde facile est deprehendere, integrum tum accusandi tum inquirendi jus manere usquedum expresse non opponatur prescriptio, et omnino tenere judicium si eadem opposita minime fuerit.

Quod si in judicium præscriptio deducta fuerit et legitima recognoscatur, tunc perimit quidem actionem criminalem, at non civilem, quæ forte ex eodem delicto promanat; et hinc, non obstante præscriptione, reum manere obnoxium omnibus effectibus canonicis non criminalibus ex patrato delicto provenientibus, manifesti juris est.

Immo licet præscriptione actio pœnalis extinguatur non

tamen tollitur exceptio, quæ perpetuo manet, juxta juris effatum: «Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum»; ideoque delictum illud etsi præscriptum, potest reo semper opponi per modum exceptionis, eique obest, si ad eclesiasticas provisiones concurrere vellet.

Quod autem spectat ad tempus necessarium ad dictam præscriptionem inducendam, regula generalis est, actionem injuriarum spatio unius anni; crimen peçulatus et delicta carnis spatio quinque annorum; cætera vero crimina spatio viginti annorum a die commissi delicti continuorum præscribi. Verumtamen si agatur de delictis, quæ successiva sunt et permanentia, in his nulla prescriptio locum habet nisi a die cessantis delicti; quemadmodum si delictum fuerit *totaliter* occultum, præscriptionem non a die commissi criminis, sed a die scientiæ accusatoris vel inquisitoris currere placet.

Illud demum haud prætereundum est, quod, criminibus raptus, stupri per vim illati, et adulterii cum incestu conjuncti, nonnisi lapsu viginti annorum præscribatur; criminibus vero suppositi partus, parricidii, assassinii, læsæ majestatis, duelli, falsæ monetæ, nullo umquam tempore præscribatur, sed perpetuo horum criminum rei, dum vivunt, accusari et inquiri possunt.

Quibus omnibus SSmo. Domino Nostro relatiis, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Præfecto die 21 Martii an. 1898, Sanctitas Sua sententiam Eminentissimorum Patrum approbare dignata est.

Hæc significanda habui Amplitudini Tuæ, cui fausta et prospera omnia a Deo adprecor.

Romæ, die 22 Martii 1898.—SERAPH. CARD. VANNUTELLI, *Præf.* L. † S.—A. TROMBETTA, *Secret.*

# Resoluciones de la Sagrada Congregación de la Inquisición.

## I.

### CIRCA MATRIMONIA LIBERORUM PENSATORUM, SECTARIORUM ET CATHOLICORUM QUI CHRISTIANA OFFICIA ADIMPLERE RECUSANT.

*Feria III, loco IV, die* 25 *Maji* 1897.

In Relatione Status Ecclesiæ Tabascensis, exhibita S. Congregationi Concilii die 27 Novembris 1896, sequens legitur sub num. I *Postulatum*:

«His in Regionibus frecuenter occurrit ut virii impii, vulgo *liberi pensatores*, matrimonium inire cupientes cum mulieribus catholicis, præviam confessionem facere renuant, eo quod, ut explicite fatentur, fidem Sacramenti Pœnitentiæ corde incredulo rejecerunt et totam fidem negaverunt. Peto an hi, infidelibus deteriores, debeant aut possint admitti ad contrahendum matrimonium, cum magno mulieris catholicæ et familiæ detrimento et periculo.»

Cum hoc Postulatum transmissum fuerit ad hanc Supremam S. R. et U. Inquisitionem, in Congregatione Generali habita ab EEmis. et RRmis. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. ac RRmi. DDni. responderi mandarunt:

«Supplicandum SSmo. ut in Decreto Feriæ VI, die 30 Januarii 1867.

Feria vero IV die 26 ejusdem mensis SSmus. per facultates Emo. Cardinali S. R. et U. Inquisitionis Secretario concessas, benigne annuit pro gratia.

Porro citatum Decretum fer. IV diei 30 Januarii 1867 sic se habet:

I. «Quid agendum quando vir baptizatus, sed apostasiam a fide verbis et corde profitens, asserensque, nominatim se

non credere Sacramentis Ecclesiæ, petit matrimonium coram ejusdem Ecclesiæ facie unice ut desiderio sponsæ satisfaciat?»

II. «Quid si idem vir petit sectæ condemnatæ muratorum vel simili addictus, qui licet fidem non omnino amiserit, sectæ tamen bebite renunciare recusat?»

III. «Quid si idem postulat vir, qui fidem non abjecit, sed eam profiteri, officiaque christiana adimplere abnuit?»

Responsum fuit: Ad I. «Quoties agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quæ á fide ita defecit, ut alicui falsæ religioni vel sectæ sese adscripserit, requirendam esse consuetam et necessariam dispensationem cum solitis ac notis præscriptionibus et clausulis. Quod si agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quæ fidem adjecit, at nulli falsæ religioni vel hæreticæ sectæ sese adscripsit, quando parochus nullo modo potest hujusmodi matrimonium impedire (ad quod totis viribus incumbere tenetur) et prudenter timet ne ex denegata matrimonio adsistentia grave scandalum vel damnum oriatur, rem deferendam esse ad R. P. D. Episcopum, qui, sicut ei opportuna nunc facultas tribuitur, inspectis omnibus casus adjunctis, permittere poterit ut parochus matrimonio passive intersit tamquam testis *authorizabilis*, dummodo cautum omnino sit catholicæ educationi universæ prolis aliisque similibus conditionibus.

Ad II. Dandum esse Decretum diei 28 Junii 1865, quod est hujusmodi: «Quoad matrimonia, in quibus una contrahen»tium pars clandestinis aggregationibus per Pontificias Cons»titutiones damnatas adhæret, dummodo absit scandalum, Ordi»narius, habita circunstantiarum ratione pro casibus particu»laribus, ea decernat quæ magis expedire judicaverit.»

Ad III. «Consultet probatos Auctores, et præsertim Benedictum XIV «De Synodo Diœces.,» I. VIII, cap. XIV, n. 5.

I. C. Mancini, S. *R. et U. Inquis. Not.*

## II.

### DE MEMBRIS HUMANIS AMPUTATIS SEPELIENDIS.

*Beatissime Pater:*

Superiorissa Generalis *Sororum á Matre* Dolorosa, quarum Domus matrix Romae extat, devotissime exponit, in Hospitalibus Congregationis, quæ in America Septentrionali extant, singulis hebdomadibus evenire ut unius vel alterius ægroti brachium seu crus amputetur. Sorores adhuc bona fide ejusmodi membra recisa sive in terra profana sepelierunt sive, suadente medico, igne combusserunt. Quum vero humilis Oratrix ansia hæreat, num Sorores in hac parte recte egerint, devotissime quaerit, utrum ejusmodi agendi ratio etiam in futuro prosequi possit vel non: sive agatur de aegrotis catholicis, sive de acatholicis seu infidelibus. Juvat forsan adnotare ejusmodi membrorum sepulturam in aliquo cœmeterio sæpissime moraliter et haud semel physice impossibilem evadere.

Et Deus etc.

*Feria III, loco IX, die* 3 *Augusti* 1897.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis. et RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

«Quod membra amputata acatholicorum, Sorores praxim »suam tuto servare possunt. Quod membra amputata fidelium »baptizatorum, pro viribus curent ut in loco sacro sepeliantur »Sin vero graves obstant dificultates quominus in loco sacro »condi possint, circa praxim hucusque servatam non sunt »inquietandæ. Quoad membrorum combustionem præcipientibus »medicis, prudenter dissimulent et obediant. Et ad mentem.— »Mens est quod, si fieri potest, in proprio horto domui adnexo, deputetur aliquod parvum terræ spatium, ad sepelienda membra catholicorum amputata, postquam fuerit benedictum.»

Feria vero VI die 6 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo. D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus. resolutionem EEmorum. Patrum adprobavit.

I. C. Mancini, S. *R. et U. Inquis. Not.*

## III

### QUID VENIAT SUB DICTIONE «PER MODUM POTUS,» ADHIBITA IN DISPENSATIONIBUS CIRCA JEJUNIUM NATURALE

*Beatissime pater:*

N. N., ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit quod ob chronicum morbum jam obtinuit facultatem sumendi aliquid *per modum potus* ante Communionem. Quum autem notabiliter fuerit aggravatus morbus, nec satis ei sint potiones consuetæ, S. V. deprecatur ut concedatur facultas sumendi etiam ad sustentationem aliquid solidi cibi.

*Feria III, loco IV, die 7 Sep, 1897*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmmis. et RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. ac. RRemi. Patres rescribendum mandarunt:

*(Respondeatur ad mentem, ut in Abellinen.. 4 Junii 1893.*

Mens est ut quando dicitur *per modum potus*, significat etiam quod permittitur usus jusculi, caffei, aliorumque ciborum liquidorum, cum quibus misceri potest aliqua substantia, uti v. gr. condita farina, friatus panis, dummodo dicta mixtio non ammittat naturam cibi liquidi.

Feria vero VI, die 10 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo. D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione SSmus. resolutionem Emmorum. Patrum adprovabit.

I. C. Mancini, S. *R. et U. Inquis. Not.*

## COMISIÓN DE CAPELLANÍAS
### Y FUNDACIONES PIADOSAS DE LA DIÓCESIS DE ASTORGA.

Esta Comisión á fin de llevar á debido efecto el Convenio celebrado entre la Sta. Sede y el Gobierno de S. M. sobre Capellanías Colativas y fundaciones piadosas, por el presente llama, cita y emplaza á todos los que se crean con algún derecho á la Capellanía Colativo-familiar de Ntra. Sra. del Campillo, fundada en la parroquia de Castrocontrigo, cuya conmutación de rentas ha sido solicitada por D. Crescencio Luengo vecino de esta Ciudad, en nombre de su mujer D.ª Maria Martínez Salazar, como sobrino del último poseedor D. Clemente Salazar, para que, en el término de un mes, á contar desde esta fecha, se presenten ante la referida Comision á instruir el expediente que marca el artículo 34 de la Instrucción para ejecutar el citado Comvenio, apercibiéndoles que, pasado dicho plazo sin presentar las oportunas solicitudes debidamente documentadas, les parará el perjuicio á que en derecho haga lugar.

Astorga 31 de Julio de 1898.—P. A. de la Comisión, *Lic. Indalecio Fernández de Cabo.*

## ADDENDA ET VARIANDA IN RUBRICIS GENERALIBUS BREVIARII ROMANI

(Continuación.)

20. *Die* 8 *Martii.—Ad calcem Officii S. Joannis de Deo. Conf.*

In Quadragesima ix. Lectio de Homilia Feriæ occurrentis et Commem. in Laud.

«Si hoc Festum occurrat ante Feriam IV. Cinerum, vel ali»cubi celebretur post Pascha, neque occurrat cum eo Festum »simplex habens Lectio erit:» Si ergo diligere, «ut in eadem Do»minica XVII post Pentecosten.»

Vesp. a Capit. de sequ. cum Commem. præcedentis et Fer.

21. *Die* 19 *Martii.—S. Joseph. Sponsi B. Mariæ Virginis, Conf.—Duplex I classis.*

«Si hoc Festum occurrerit in Dominica Passionis, transfe»rendum erit in Feriam secundam inmediate sequentem: et quo»ties inciderit in Majorem Hebdomadam, reponendum erit in »Feria quarta post Dominicam in Albis tamquam in sede propria.

In. I Vesperis.—Ant. 1. Jacob autem. etc.

22. *Die* 25 *Martii.—In Annuntiatione B. Mariæ Virginis.— Duplex primæ classis.*

«Si hoc Festum venerit Feria VI in Parasceve vel Sabbato »Sancto, transferendum erit in Feriam II post Dominicam in Al- »bis tamquam in sedem propriam integra cum solemnitate ac »feriatione et sine Octava, servato tamen ritu Paschali. Si vero »occurrerrit in Dominica Passionis, transferatur in Feriam II im- »mediate sequentem: quod si incidat in Hebdomadam Majorem »vel Paschalem, ad enuntiatam Feriam II post Dominicam in Al- »bis amandetur, ac nonnisi Festo primario ejusdem ritus occu- »rrente valeat impediri, quo in casu in sequentem diem similiter »non impeditam transferatur.»

23 *Feria VI post Dominicam Passionis. Septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis.—Duplex majus.*

«Quando Festum Septem Dolorum B. M. V. hac Feria ce- »lebrari nequit ob occursum alicujus Festi altioris ritus, aut »æqualis sed primarii, vel potioris dignitatis,» transferendum *est in* Sabbatum immediate sequens, «simili modo non impe- »ditum. Quod si neque in dicto Sabbato celebrari potuerit, eo anno omittatur.

Si omittendæ sint primæ Vesperæ; etc.

24. *Die* 17 *Maii.—S. Paschalis Baylon, Conf.—Duplex.— Ad calcem vi. Lectionis.*

Alexander autem octavus Sanctorum catalogo adscripsit: «tandcm Leo decimus tertius peculiarem cœtuum eucharistico- »rum, seu societatum omnium, sive quæ hactenus institutæ, sive »quæ imposterum futuræ sunt, Patronum cœlestem declaravit et »constituit.»

25. *Die* 18 *Marti.—S. Venantii, Martyris.—Duplex.*

Omnia de Communi unius Mart. præter sequ.

Si hoc Festum *in utrisque Vesperis habeat solam Comme- morationem, tunc hymnus ad primas Vesperas conjungitur cum hymno ad Matutinum, cum conclussione* Sit laus Patri. *Si vero*

*integras habeat tantum secundas Vesperas*, *tunc hymnus* Martyr Dei *dicitur ad Matutinum*, *Athleta Christi ad Laudes*, *hymnus* Dum nocte *dicitur in secundis Vesperis*. Alias dicatur *uti infra inscribitur*.

In I. Vesperis Hymnus.—Martyr Dei Venantius, etc.

26. *Die* 19 *Maji*, *S. Petri Cœlestini*, *Papæ*, *Conf.—Post ix Lectionem pro S. Pudentiana.*

Si hoc Festum *alicubi* alia die *celebretur*, *et in illa non occurrat Festum simplex habens Lectionem propriam*, Lectio IX, erit *Et Paulus*, de Communi Apostolorum secundo loco, ut supra.

27. *Die* 27 *Junii.—Quarta die infra Octavam Nativitatis S. Joannis.—Post ix. Lectionem.*

Vesperæ *de sequ.* cum Comm. Oct. S. Joannis.

28. *Ante diem* 30 *Junii.*

Si Commemoratio S. Pauli venerit in die Octava Corporis Christi extra propriam ecclesiam, transfertur *juxta Rubricas* in primam diem *liberam*, ac totum Officium fit ut in propria ecclesia.

Die 30 Julii. In Comem. S. Pauli Apost. Duplex majus.

29. *Dominica I Julii.—Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.—Duplex II classis.*

Si hodie occurrat Festum Visitationis B. M. V., *vel* aliud Festum *altioris ritus*, *aut* æqualis *sed primarium*, de Pretiostssimo Sanguine fiet prima die, etc.

30. *Die* 5 *Julii.—S. Antonii Mariæ Zaccaria*, *Conf.—Duplex.—Ad calcem Officii.*

«Vesp. de sequenti, Commem. præcedentis.»

**(Se continuará.)**

*RELACION de las calificaciones obtenidas por los alumnos de los Colegios de San Francisco de Puebla de Sanabria y Nuestra Señora de las Ermitas en los exámenes ordinarios correspondientes al curso académico de 1897-98.*

## SAN FRANCISCO DE PUEBLA DE SANABRIA

### Filosofía, 2.° año.

| | ASIGNATURAS | | |
|---|---|---|---|
| | Antropología | Matemáticas | Física |
| D. Antonio L. Casado | suspensus | méritus | méritus |
| » Carlos Morán | méritus | idem | idem |
| » Constantino Valle | beneméritus | idem | idem |
| » Felipe de Prada | meritissimus | beneméritus | beneméritus |
| » Francisco Carracedo | idem | meritíssimus | meritíssimus |
| » Francisco Martínez | suspensus | suspensus | suspensus |
| » Jesús Sanromán | méritus | beneméritus | beneméritus |
| » Mariano Vega | beneméritus | idem | méritus |
| » Miguel Sanromán | idem | méritus | beneméritus |
| » Primo Núñez | idem | benemeritus | idem |
| » Ricardo Salgado | idem | méritus | méritus |
| » Santiago de Prada | méritus | idem | beneméritus |
| » Sergio García | beneméritus | meritíssimus | meritíssimus |

### Filosofía, 1.er año.

| | Lógica y Ontología | Geografía | Historia de España | Matemáticas |
|---|---|---|---|---|
| D. Antonio Fernández | benémer. | benemér. | méritus | méritus |
| » Andrés Colino | idem | meritíssi. | benemér. | idem |
| » Eladio López | méritus | idem | suspensus | benemer. |
| » Francisco Losada | benemér. | meritíssi. | benemér. | méritus |
| » Ignacio Gallego | meritíssi. | benemér. | méritus | idem |
| » Juan A. Rodríguez | idem | idem | meritíssi. | merítíssi. |
| » Jerónimo de Prada | idem | meritíssi. | benemér. | méritus |
| » Jesús Lago | méritus | benemér. | méritus | idem |
| » Leandro Rodríguez | » | méritus | idem | suspensus |
| » Mateo Vega | suspensus | suspensus | suspensus | idem |
| » Salvador Alonso | méritus | méritus | méritus | méritus |

## Latín 4.º año.

| | Latin | Geografía | Historia de España |
|---|---|---|---|
| D. Andrés Rodríguez | méritus | beneméritus | beneméritus |
| » Julio Posada | idem | meritíssimns | idem |

## 3.er año.

| | | | |
|---|---|---|---|
| D. Antonio Sastre | méritus | méritus | suspensus |
| » Augusto J. Mañanes | meritíssimus | meritíssimus | meritíssimus |
| » Arturo La-Camba | beneméritus | méritus | beneméritus |
| » Alfonso Barrios | meritíssimus | meritíssimus | meritíssimus |
| » Baldomero Pérez | idem | beneméritus | idem |
| » Eduardo Mato | beneméritus | idem | beneméritus |
| » Elisardo García | méritus | idem | meritíssimus |
| » Germán Alvarez | meritíssimus | meritíssimus | idem |
| » José Velasco | idem | idem | idem |
| » José García | beneméritus | méritus | suspensus |
| » José Rodríguez Blanco | suspensus | beneméritus | » |
| » José R. Sastre | beneméritus | meritíssimus | meritíssimus |
| » Juan Ballesteros | suspensus | méritus | méritus |
| » Lorenzo Domínguez | meritíssimus | meritíssimus | beneméritus |
| » Manuel L. López | méritus | méritus | méritus |
| » Máximo de Prada | idem | suspensus | suspensus |
| » Sergio Barjacoba | idem | beneméritus | beneméritus |
| » Serafín Rodríguez | meritíssimus | idem | idem |
| » Toribio Guzmán | suspensus | suspensus | suspensus |
| » Victor Crespo | idem | idem | idem |
| » Vicente Méndez | méritus | méritus | méritus |

## 2.º año.

| | | |
|---|---|---|
| D. Abelardo López | beneméritus | beneméritus |
| » Emilio Boyano | meritíssimus | meritíssimus |
| » José A. Pérez | beneméritus | idem |
| » José Crespo | méritus | » |
| » José Boyano Méndez | suspensus | méritus |
| » Olegario López | meritíssimus | meritíssimus |
| » Santiago de Prada | beneméritus | » |
| » Ulpiano Flórez | meritíssimus | meritíssimus |
| » José Martínez | méritus | méritus |

### 1.er año.

| | Latín é Historia Sagrada | |
|---|---|---|
| D. Antonio Fernández | beneméritus | |
| » Alvaro Pardo | meritíssimus | |
| » Aurelio Gallego | méritus | |
| » Benigno Sanromán | idem | |
| » Bernardino Vega | beneméritus | |
| » José Rodríguez | idem | |
| » José Martínez | idem | |
| » Juan A. García | meritíssimus | |
| » Mariano Mato | beneméritus | |
| » Raimundo Sastre | meritíssimus | |

## NUESTRA SEÑORA DE LAS ERMITAS

### Filosofía, 1.er año.

| | Lógica y Ontología | Matemáticas | Geografía. | Historia de España |
|---|---|---|---|---|
| D. Camilo Sánchez | suspensus | » | méritus | méritus |
| » Domingo Martínez | meritíssi. | meritíssi. | meritíssi. | meritíssi. |
| » Eladio Martínez | suspensus | » | suspensus | suspensus |
| » Eloy Martínez | meritíssi. | benemér. | meritíssi. | meritíssi. |
| » Jerónimo Rodríguez | méritus | méritus | » | » |
| » José H. Martínez | meritíssi. | meritíssi. | meritíssi. | meritíssi. |
| » José M. Yáñez | idem | benemér. | benemér. | benemér. |
| » Juan M. Carrera | méritus | méritus | méritus | méritus |
| » Manuel Bao Nogueira | benemér. | benemér. | méritus | idem |
| » Roque Veiga | idem | méritus | » | » |

### Latín 4.º año.

| | Latín | Geografía | Historia de España |
|---|---|---|---|
| D. Blas Blanco | suspensus | suspensus | suspensus |

### 3.er año.

| | | | |
|---|---|---|---|
| D. Apolinar Alvarez | meritíssimus | mrritíssimus | meritíssimus |
| » Augusto Quiroga | idem | idem | idem |
| » Augusto de Prada | beneméritus | » | » |
| » Belarmino González | idem | méritus | méritus |
| » Manuel González | meritíssimus | beneméritus | meritíssimus |

| | | | |
|---|---|---|---|
| » Sebastián Rodríguez | meritíssimus | meritíssimus | meritíssimus |
| » Teodoro Rodríguez | beneméritus | beneméritus | beneméritus |
| » Isauro Alvarez | meritíssimus | merttíssimus | meritíssimus |
| » Vicente López | méritus | suspensus | suspensus |

## 2.º año.

| | | |
|---|---|---|
| D. Alfredo Fernández | meritíssimus | meritíssimus |
| » Adelmo Fernández | idem | idem |
| » Andrés Rodríguez | beneméritus | beneméritus |
| » Benigno Quevedo | idem | idem |
| » David Conso | suspensus | suspensus |
| » Emilio Udaondo | beneméritus | méritus |
| » Euquerio Vázquez | meritíssimus | meritíssimus |
| » Francisco Fernández | méritus | méritus |
| » Juán Manuel Alvarez | benemeritus | idem |
| » Manuel Pérez | méritus | idem |
| » Silvestre S. Escudero | beneméritus | idem |
| » Tiberio Lindoso | meritíssimus | meritíssimus |

## 1.er año

| | Latin | Historia Sagrada |
|---|---|---|
| D. Antonio Fernández | beneméritus | méritus |
| » Abelino González | meritíssimus | meritissimus |
| » Benjamín Fidalgo | idem | idem |
| » Germán Salgado | idem | idem |
| » Humberto Fidalgo | beneméritus | beneméritus |
| » Ignacio Pérez | idem | meritíssimus |
| » Isidro López | meritíssimus | idem |
| » José Armesto | suspensus | suspensus |
| » José Courel | meritíssimus | meritíssimus |
| » José Rodríguez | idem | idem |
| » Pedro Delgado | beneméritus | meritus |

Lo que se hace público para conocimiento y satisfacción de los interesados. Seminario Conciliar de Astorga 14 de Julio de 1898.

El Secretario de Estudios,

**Pedro Carro.**

## ASILO DE ANCIANOS DESAMPARADOS DE ESTA CIUDAD

Debiendo dar principio en este mes á las postulaciones de limosnas en diferentes Arciprestazgos de la Diócesis, las Hermanitas de los ancianos desamparados, recomendamos encarecidamente á los Sres. Párrocos, Ecónomos y Coadjutores, la caridad de prestar auxilio, é impetrarlo de las autoridades locales á favor de las expresadas religiosas, que con preferencia deben ser atendidas en sus cuestaciones para el sostenimiento del Asilo de pobres ancianos, en el que se albergan mas de sesenta acogidos de distintos pueblos del Obispado.

Con este motivo recomendamos al Clero la observancia de recientes disposiciones de la S. Congregación que prohiben á las religiosas las postulaciones de limosnas sin la expresa licencia del Ordinario de la Diócesis donde deseen postular.

## SEMINARIO CONCILIAR.

### ANUNCIO

Se halla vacante una beca costeada por la *Memoria Pía* del Dr. Aren, la cual se proveerá, previa oposición, debiendo los aspirantes acreditar ser naturales de Villafranca del Bierzo, Valtuille de Arriba ó Valtuille de Abajo.

De las condiciones de la oposición podrán informarse los interesados en la Secretaría de Estudios.


## CEREMONIAL

### QUE HA DE OBSERVARSE EN LA RECEPCIÓN DEL PRELADO

CUANDO ESTE GIRA LA SANTA VISITA.

Se vende este opúsculo en la Imprenta de este *Boletín*, al precio de **35 céntimos** ejemplar.


Astorga:—Imp. y Lib. de la Viuda é Hijo de López, Rua antigua 5 y 7.